



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Philippi Tomasini Sancti Georgij ab Alga
Venetiarum Canonici Secularis De Donariis ac Tabellis
Votivis Liber Singularis**

Tomasini, Giacomo Filippo

Vtini, 1639

XXXII. Artificum Donaria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13253

TI. CLAVDIO. ESQVIL. SEVERO
 DECVRIALI. LICTORI. PATRONO
 CORPORIS. PISCATORVM. ET
 VRINATOR. QQ. III. EIVSDEM. CORPORIS.
 O. B. MERITA. EIVS
 QVOD. HIC. PRIMVS. STATVAS. DVAS. VNAM
 ANTONINI. AVG. DOMINI. N. ALIAM. IVL
 AVGUSTÆ. DOMINAÆ. NOSTR. S. P. P
 VNA. CVM. CLAVDIO. PONTIANO. FILIO
 SVO. EQ. ROM. ET. HOC. AMPLIVS. EIDEM
 CORPORI. DONAVERIT. H-S. X. MILIA. N
 VT. EX. VSVRIS. EORVM. QVODANNIS
 NATALI. SVO. XVII. KAL. FEBR
 SPORTVLÆ. VIRITIM. DIVIDANTVR
 PRÆSERTIM. CVM. NAVIGATIO. SCA
 PHARVM. DILIGENTIA. EIVS. ADQVISITA
 ET. CONFIRMATA. SIT. EX. DECRETO
 ORDINIS. CORPORIS. PISCATORVM.
 ET. VRINATORVM. TOTIVS. ALV. TIBER
 QVIBVS. EX. SC. COIRE. LICET. S. P. P

CAP V Tg XXXII.

ARTIFICVM DONARIA.

Diuersa Artificum Collegia suos habuisse Deos tute-
 lares, quibus suum quæq; cultum præstabant, nullum
 est dubium. Fuisse tamen inter eos video, qui sui
 munera memores exacto labore instrumenta, quibus
 usi fuissent feliciter, Deo cuiquam priuatum dicabant. ut è
 multis paucos recensem, quorum iam mihi subuenit memo-
 ria. Textores, Radii, cetera q; ad Lanificium necessaria
 Mineruæ sacrarunt Cap. 8. Epigram. Eademq; Mineruæ arti-
 fiorum præsidi Epeum Heroa consecrantem Securim, qua

Z 2 ipse

ipsetum Faber lignarius Equum Durium dœdalè fabricauit
Troianis exitialem, tum etiam Miles hostilis Vrbis turritos
muros ac vertices disturbauit, Simmia Rhodius suo Poematio
inter Donaria celebrat. Qua de re in sui ad Securim Epeii
commentarij Cap. xi. eruditè admodum & diligenter primus
nostrī æui Philosophus Fortunius Licetus. Ita Hippocrates
Cous, qui à medendi peritia diuinos honores meruit, mem-
bris fractis motisq; feliciter restitutis, Pausania teste in Pho-
caicis, Apollini Delphico Sceleton æncum gratitudinis mo-
numentum dicavit.

C A P V T XXXIII.

VOTÆ pro Ægrotantium salute.

Inter cætera eorum frequentissima occurunt Vota, qui
morbis diuersis corporisq; vitijs affligebantur. Hi enim
non secus ac naufragi ægritudinum imbribus variè iacta-
ti opem implorabant, receptaq; valetudine non modò
grati animi indicio Vota soluebant, verum qua etiam ratione
id contigerat, tabulis significabant appensis Templorum pa-
rietibus. Tibullus Lib. i. Eleg. i. IV.

Iam posse mederi

Picta docet templis multa tabella tuis.

Etenim fidis veterum monumentis accepimus, ægros in Æscu-
lapij Fano non tantum in Ditis Sospitatoris honorem, sed in
Asclepiadarum quoq; gratiam sua nomina parietibus affixis-
se, iuxtaq; addidiisse mali speciem, etiam secretiotis; qualis ri-
dicula Voti solutio apud Auct. Priap., nec siluisse, quibus
profecerant, auxilia atque inde natum esse mirandum Hippo-
cratis Coi Opus, quod ei consentiente tot seculorum deereto
diuini cognomen peperit. Nimirum, quæ ille veluti oracula
inde pròdidit, summaq; ratione in præcepta digessit, expe-
rientialia posteris longo usu confirmauit. Adeò religio in ma-

gi-